quoque uſuſ in ſtudio eſt. At uero ubi matura eius ſenectuſ
ſucceſſerit et etaſ regendiſ liberiſ habilior quam crean
diſ. pudor eſt legitimum licet conſciuſ indicia geſtare et
grauari alienę etatiſ onere et tumeſcere aluum non ſui tem
piſ fructu. Seneſ enim ab ipſa ſe excludunt etate et iuſto in
temperantię pudore reuocantur facere opera nuptiarum. A
doleſcenteſ ipſi plerumque filiorum uota pretendunt et excu
ſandum arbitrantur etatiſ calorem generationiſ affectu. quan
to magiſ ſenibuſ agere turpe eſt quod adoleſcentibuſ pudor eſt
confiteri. Quin etiam ipſi iuueneſ ſobria timore diuino corda
qui temperant. ſuſcepta plerumque ſobole renuntiant operibuſ
iuuentutiſ. Et quid mirum de hominibuſ. ſi pecudeſ quoque mute
quadam ope loquuntur generandi ſibi ſtudium non deſiderium eſſe co
eundi. Si quidem ubi ſemel grauem aluum ſibi ſenſerint et geni
tali aluo ſemen receptum. iam nec concubitui indulgent nec
laſciuiam amantiſ ſed curam parentiſ aſſumunt. At uero ho
mineſ nec conceptiſ nec deo parcunt. illoſ contaminant. hunc
exaſperant. Priuſquam te inquit formarem in utero noui
te. et in uulua matriſ ſanctificaui te. Ad cohibendam petulan
tiam tuam. manuſ quaſi tui auctoriſ in utero hominem for
mantiſ aduerte. Ille operatur. et tu ſacri uteri ſecretum in
ceſtaſ libidine. Vel pecudem imitare. uel deum uerere. Et quid
de pecudibuſ loquar. Terra ipſa a generandi opere ſepe
requieſcit. et impatientia hominum ſtudio iactiſ frequenter
ſeminibuſ occupetur. impudentiam multat agricolę et fe
cunditatem ſterilitate commutat. Ita quidem in ipſiſ ele
mentiſ ac pecudibuſ abuſu non ceſſare generandi nature
pudor eſt. Merito ergo et ſancta eliſabeth erubeſcebat grauidam.
et ſi non recognoſceret culpam. Nam et ſi conceptu de uiro. neque
enim aliter de hominibuſ ortu faſ eſt credere. tamen partuſ ſui

License: CC-BY-NC – Einsiedeln, Stiftsbibliothek, Codex 166(413), p. 25 – Ambrosius ‹Mediolanensis›, Expositio Evangelii secundum Lucam (http://www.e-codices.ch/fr/sbe/0166/25)